



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Quis nescit, qualia demens Ægyptus portentacolat? Crocodilon adorat.  
Porrum & cepe nefas violare ac frangere morsu, O Sanctas Gentes quibus  
hæc nascuntur in hortis Numina.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

*Quis nescit, qualia demens  
 Egyptus portentacolat? Crocodilon adorat.  
 Porrum & cepe nefas violare ac frangere morsu,  
 O Sanctas Gentes quibus hac nascuntur in hortis  
 Numina.*

Allatis tamen modò ex sana ratione argumentis  
 adducti plurimi magis præ vulgò illuminati,  
 v. g. Pericles, Anaxagoras, Socrates, Pythago-  
 ras, Orpheus unum tantùm Deum admisere.  
 His consentiens Seneca l. 4. de Ben. c. 8. dicit;  
*Hunc [ scilicet Deum unum ] & liberum Pa-  
 trem, & Herculem, & Mercurium nostri putant,  
 omnia ejusdem Dei nomina sunt variè utentis sua  
 potestate. Nec Plato tantùm unum Deum mul-  
 tis in locis librorum suorum agnovit, sed &  
 quod ex Moysis libris hausisse videtur, ipsius  
 SS. Trinitatis mysterium subobscurè adombra-  
 vit. Per transennam hìc reflexionem meretur  
 casus, quem l. 4. Reg. c. 5. v. 18. Naaman Sy-  
 rus ac gentilis ab Elisæo per septemphicem in  
 Jordane lotionem à lepra virtute Dei curatus,  
 & per hoc in agnitionem unius veri unicusque  
 Dei deveniens proposuit. *Hoc solum est, de  
 quo deprecaris Dominum pro servo tuo, quando  
 ingredietur Dominus meus [ Rex Syriæ ] tem-  
 plum Remmon [ ubi Idolum erat Veneris ] ut  
 adoret, & illo innitente super manum meam, si  
 adoravero in templo Remmon adorante eo in co-  
 dem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro  
 hac re [ Elisæus ] dixit ei vade in pace. Non  
 pote-**

poterat Elifæus tale responsum dare Naamo, sed debebat eum corrigere, si verè, ne gratiam sui Regis amitteret, externum idolo adorationis cultum deferre volebat. Sed Cajetanus aliique advertunt, quòd in obsequium non Idoli, sed Regis in templo illo Remmon vellet Phisicam curvationem facere Naaman, quod aliter fieri non poterat, cùm Rex ipsi tanquam Ministro suo primario adorans Idolum partim commodi, partim decoris gratia inniti toleret. Hoc autem licebat, & consequenter similes in speciem adorationis actus, de quibus ipsi usque adeo Gentiles summi & medioximi profitentur, quod per eas non intelligatur multò minùs intendatur cultus aliquis latræ soli Deo debitus, sed merè politicus.

*Secundò refutantur admissio uno ac vero Deo non admittentes unicam esse religionem veram.*

1. **S**I verus unus est Deus ens aliquod supremum, ergo cùm considerit rationales creaturas; qui ductu rationis eum ex creaturis existentibus agnoscere possunt, ratio dicitur, quod eum ut talem agnitum quoque venerari debeant, sicut ratio dicitur, quod illum, quem pro tuo Principe agnoscis, eum quoque ut talem venerari debeas, sicut autem Principi aut Domino tuo legitimo territoriali perinde non est, quo modo eum colas, sed quædam tibi & facienda & vitanda præscribit, maximaque ejus laus est sapientia quædam & providentia; vi